



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxv. De purgatione volgari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

infamato indicta est purgatio, iurare se nunquam inlata crimina, maxumè lapsum carnis, admisisse ne cogitor. Sanè & iuramētum huiusmodi quod ab his criminibus immunis fiet, etiam si præstare volet, ne recipitor. sed, quod ea crimina post promotionem suam non patrasit, iurato.

Compurgatores autem, ut diximus, de credulitate tantum iurare tenentor. 13. Detestibus.

Hi fide digni adsumuntor, purgandum non scunto, per iudicem ne deterrentor, vel deterri permittuntor. deficiens in purgatione, ut sepe dictum est, officio beneficio priuator. 7. Cū P.

Itaque qui quempiam purgaturi sunt personæ vicinæ & honestæ suntor. 11. Cum dilectis.

Quod de purgatorum fide dictum est ita exauditor. Si ab ecclesia tolerantur, & in suis ordinibus ministrantes bonæ famæ fient, nec in iudicio de crimine dānates fuerint: absque maiore indagine admittuntor. 9. Constitutus.

Porrò absolutio super purgatione vulgari facta ne teneto. Ea non obstāte adcurator, si prohibet, admittitor. quo non adparente canonica purgatio indicitor. 8. Extusorum.

De Purgatione vulgari. Tit. 35.

I T A Q U E generaliter purgatio vulgaris seu ferri candentis, seu duelli, aut alia in ecclesia prohibetor. 1. Cura.
2. Significantis.
3. Dilectis.